

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lexicon Graecolatinum Novvm

**Scapula, Johannes
Zwinger, Jacob**

Basileae, 1628

In Ioannis scapvlae, lexicon graecolatinum ad lectorem

[urn:nbn:de:bsz:31-107465](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-107465)



IN IOANNIS SCAPVLÆ
Lexicon Græcolatinum
ad Lectorem.

Atlantem memorat vatū venerāda vetūitas
Impositum scapulis sustinuisse polam.
Nempe quod astrorum motus, Solūq; labores,
Et luna instabilis nouerat ille vias.
At SCAPVLAM, quem nulla probè non cognita
Vocula sermonis, syllaba nulla fugit, (Græci
Quidni (par causa est) commentū imitata priorum
Hellada posteritas sustinuisse ferat?
Pondus viri grauius? dicat quem pressit, utrumque
Vtilius, sed utrum? Græca reuolue, scies.
Tu tamen hac inter, SCAPVLA gratare saneq;
Tot peregrè aduectas dum tibi promit opes.
Quas si quis numeret, numero contendat eodem
Discrete quot stellas axis uterque rotat.

In idem.

Affere nūc geminos vario sed tempore Atlantas:
Cælisfer ante fuit, Gracifer alter adest.
Scilicet ille vagos cæli percalluit ignes:
Edoet hic voces Græcia quotquot habet.

In idem.

Quæ SCAPVLA ex varijs veterū penetrabilib. olim
Carpserat, in propriam condideratq; penum,
Nunc eadem referans, magna sibi parva labor
Prodigus ex igno dat potius tibi.
Quotquot enim superat Græca vel frustula lingua,
Hic totidem Latiis reddita, Lector, habes.

Ad Studiosam Iuuentutem ex
Horatij consilio.

Graijs ingenium, Graijs dedit ore rotundo
Musa loqui, Graijs sponte Minerva venit.

Hauriat è puris Graiorum fontibus ergò,
Qui sophia omne genus, qui sitit eloquium.
Vos inquam iuuenes, vos exemplaria Græca
Versate assidua nocte discq; manu.
At cuncta ut pateant, nec quicquam fortè legenti
Occurrat, captum quod remoretur iter:
Sis SCAPVLA hicce comes, quo fido interprete
Quamlibet abstrusas, quilibet excutiat. (voces
BELLVMBRANI.

In eiusdem Lexicon.

Kεῖμας εἰν λέξις Ἑλλήνων πλεονέχων
Προφρονέως ἡμῖν πολλοὶ ἐδίδξαν αἰεὶ.
Προφρονέως μὲ ἐδιδάξαντες δ' ἑσθλά χερσίν,
Μέτρα βίβλων τοῖσι ἀγροέοντες ὄλωσι.
Ἄλλοι ταῦτα νόον ἐμύλω ποῖον σὺν ἐταροσθμ
Ἀντλήσιν, δ' ἔδεται ἔργα τῶν δ' ὄργα λεία.
Πραῖτα κλυτὸς ΣΚΑΠΥΛΗΝ νῦν Φοῖβος
Φωτὶ ἔφασε
Δεξιμῶνον μετὰ τὸ ρήματ' Ἀχαιά νεν.
Οὗτος ἄρ' εἰν ὄργισ βύβλωσι πᾶσαν ἔθηκε
Λέξις διπλοῦν, τὸν κῆπον Ἰσκαρίων.
ὄργιστον βίβλιν, τὴν τῶν ἄλλων ἀπάσαι
Εὐτακτικῶς Φωίας Ἑλλάδος ἐλδογίμην.
Ἀμφοτέρωσι βίβλωσι τὴν δὲ λῶν χερσίν ἐλδογίμην,
Ἑλλάδος βίβλωσι τὴν δὲ λῶν χερσίν ἐλδογίμην.

In idem.

Natura mirari opus, quo germina stirpi
Artifici nexu tam bene iuncta vides.
Naturam sequitur, methodo qui compare voces
Explicat, anneclens ordine quamque suo.
Qui fontes harum referat, riuosq; sequentes
In sua deductis flumina cogit aquis.
Is SCAPVLA labor est, frueri & mirare vicissim:
Hoc duce namque tibi Græcia tota patet.

VITI MERKELII.





IOAN. SCAP. LECTORI.

Momus ait nihil esse noui dare lexica : verum
Hoc ego contendo Lexicon esse nouum:
Esse nouum nihil est, inquit, nisi conferat: atqui
Non caret hæc nouitas vtilitate sua.
Quæ prius hîc illîc variè dispersa iacebant,
Hîc sunt ad proprium cuncta reducta locum.
Hîc voci sedes defertur prima parenti,
Quam certo soboles ordine subsequitur.
Hîc multa à nullis tractata prioribus insunt,
Fertilis ex doctis Hellados hausta libris.
Nil igitur temerè statuas: sed perspice, Lector,
Mature expendens singula iudicio.
Tum si quod studiis opus afferat hocce leuamen.
Fauerit optatis aura secunda meis.
Si minùs id proffit, sequere vtiliora docentem:
Ingenij res quod potuère, dedi.

